



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]
missa[rum] occurrentiu[m]**

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

vi An in musto possit confici hoc sacramentum

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Septimum

- vi** **Q**uam in musto possit confici hoc sacramentum?
Sol. Potest bene confici sed non debet. nisi fuerit defecatum vel purificatum. nisi necessitas cogat. qua cogere posset etiam exprimi vinum de uva in calicem
- vii** **Q**uam vino consecrando possint uue integre permisceri.
Sol. Hoc fieri non debet. quoniam prohibuitur est. ut habet de ple. dist. ij. ca. didicimus. Neque permisceri debet vinum ex uva pressum in calicem
- viii** **Q**uam confici possit hoc sacramentum in nectare siue in vino condito. aut per species aromaticas colato
Sol. Quoad natura et species manet potest confici. non tamen fieri potest nisi in casu necessitatis
- ix** **Q**uam possit confici in vino puro absque commixtione aque.
Sol. Potest. sed non debet. unde si sacerdos ante consecrationem deprehendat aquam non esse commixtam statim commiscere debet
- x** **Q**uam et qualis debet esse aqua que vino permiscenda est.
Sol. Aqua debet esse naturalis siue elementaris et pura.
- xi** **Q**uam debeat aqua vino admisceri
Sol. Tam modica debet imponi quod vinum in sua natura et specie possit permanere. si enim a natura sua mutaretur non posset confici. Unde de vna gutta que quantumcumque parua dummodo debito tempore fuerit imposita ut possit fieri mixtio sufficit. et precipue si vinum fuerit debile
- xii** **Q**uam sufficiat quod aqua fuerit vino admixta adhuc exente in dolio.
Sol. Non sufficit. quia enim commixtio illa sacramentalis est. ideo fieri non debet antequam mysteria inchoentur vel fiat preparatio ad inchoandum et ad tardius imminente oblatione. ut scilicet possit fieri transmutatio aque in vinum
- xiii** **Q**uam quis licite possit non consecrare vinum facta consecratione panis
Sol. Non potest licite. perfecta enim debent esse sacramenta. Christus autem hoc sacramentum sub speciebus panis et vini instituit. unde de utroque offerri et consecrari debet
- xiiii** **Q**uid agendum sit si sacerdos deprehendat vinum esse congelatum in calice cum vult consecrare
Sol. Sacerdos curam adhibere debet ut resoluatur. vel per applicationem prunarum. aut panis calefacti. vel manuum calefactarum. aut per infusionem vini calefacti ut recipiat rationem actualem potus. Si tamen non resolveretur nihilominus posset confici. quia per congelationem natura vini non est corrupta. Hoc tamen caueri debet quantum potest.
- ¶** Resoluit octo dubia que circa vinum consecratum siue sanguine christi
si ante sumptionem occurrere possunt. **Art. v.**
- i** **Q**uid agendum sit si sacerdos post consecrationem recolat vel deprehendat aquam non fuisse admixtam vino. utrum videlicet adhuc debeat admiscere **Dubium**
- Sol.** Nullo modo debet aquam vino consecrato admiscere. quia sequeretur corruptio